

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Armandus animus ad cruces, post absolutam Octiduanam Recollectionem
ferendas. Cap. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

Ientinâ Patrem Michaelem à Fontibus Valentiniū, anno 1606, mortuum, (cum 37 annis Professus fuisset, & ex his 20. annos in India translegisset) peditem itinera obiuit, etiam 50. leucarum dum esset sexagenarius. Cùm autem in India aliquando ex laboribus consternatus iaceret, apparuit ei Beatissima Virgo, bono illo animo esse iubens: ob hos enim labores à purgatorio liberum fore, rectaque ad cœlum post mortem iturum.

Cùm S. Gertrudis vidisset quandam animam in purgatorio, que communib[us] suffragiis Ecclesie iuuari non poterat; ob quoddam impedimentum (quod suprā relatum est) petiit à Domino, eam redire, quibus orationibus posset obtinere, ut anima eiuslibet defuncti liberetur ab hoc terribili pendere, quod est impedimentum suffragiorum Ecclesie. Dominus respondit, per talem effectum amoris, qualem tu in hac horâ sensisti, non per orationes. Et sicut hoc nullus homo per se potest habere nisi ego dederim, sic etiam tale auxilium nulli anima prestat potest post mortem, nisi qua speciali gratia hoc promovererit in hac vita. Scias tamen, hoc ipsum intolerabile grauamen precessu temporis relevari quibuslibet orationibus sine laboribus amicorum, fideli intentione peractis. Et ita citius vel tardius liber intur, secundum quod conatus fidelium, pro eis affectuofiori instat devotione: & secundum etiam, quod in hac vita promoverunt.

De B. Maria Oigniacensi scribit Iacobus de Vitriaco Episcopus & Cardinalis, eam quodam tempore ad festo Sancte Crucis usque ad Pascha Domini, ne unum quidem verbum locutam esse; id est, adeo gratum fuisse Domino, ut ex Spiritu sancti revelatione didicerit, eo vel maxime, se id impetrasse, quod circa purgatorij panas migraret ad celos. Nam, ut ait S. Bernardus, In hydria silentij purificamur à peccatis, qua verbositate, (& alii modis) contrahimus. Sanè ex Vitis Sanctorum impressis apparet, omnes illos, quicunque in adulâ etate leguntur rectâ iussâ ad cœlum sine purgatorio, eos insignem aliquem & planè heroicum actum edidisse, præterim coniunctum cum magnâ vel sensuum mortificatione, vel animi per toleratas æquo animo magnas iniurias, & persecutions, & confusione, & contemptum sui: quod certè ingenuis hominibus & honesto loco natus toleratu multo difficultius est, quā ferro caput amputandum exponere, & tale subire martyrium, cuius beneficio evaduntur p[re]ce[nt]a purgatorijs, si quis ita moreretur sine ullo affectu ad ultimum peccatum.

CAPVT DVODECIMVM.

*Armandus animus ad Cruces, post Octi-
duanam Recollectionem ferendas.*

154. 2. Tim. 3. *Q*uoniam omnes qui p[re]i volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur, uti præmonet

Apostolus, id est si post finitam Recollectionem tuam, viuere incipes melius quam anteā, persecutionem patieris, & quidem maiorem ab hominibus, quam à dæmonibus. A dæmonibus l. 4. Rec. quidem, uti S. Brigittæ teuelatum fuit, duobus cap. 79. modis: Primo quia summe desiderans ut ipsum novum seruum Dei (renovatum felicit in Exercitiis vel alio tempore) reciduum faciant ad peccata. Qui si hoc nequaerint, tunc ipsi dæmones ad hoc sollicitare laborant, ut irrationaliter & indiscretè ille sua bona opera perficiat, scilicet in vigiliando, vel abstinentias indiscretè faciendo, ut siue eius vires citius evanescant, & in Diuinis laboribus sit infirmior. Homines vero dupliciter eos damnare, seu nocere conantur spiritualiter. Primo namque verbis suis vituperant eos. Secundò, etiam si possint libenter eos operibus suis molestant, ut siue eos sibi in virtute & actibus similes faciant, retrahendo eos a bonis incepisis. Sed homo Dei sic nouiter conuersus ad vitam spirituali, istos tales malignos homines, optimè vincere potest, si contra verba sibi contraria patientiam habuerit. & si tunc frequenter & seruientis bona opera spiritualia & Diuinis ipsis videntibus exercuerit. Sic etiam præmonuit multò ante S. Augustinus: Quisquis sublimia illa præcepta implere voluerit, incidit in quorundam sacrilegam dicacatem, & ab eis qui sanari volunt, vocatur insanus. Et sepe ne hoc vocetur à deferratis hominibus, trepidat facere & differt, quod omnium fidelissimus & potensissimus medicus imperavit. Et ut alibi dixit: Quomodo inter pacem concilios quia fueru Christianus, à paganiis audiri verba Psal. 90. aspera, quibus si erubuerit, cadit in inscipulum venantium; sic inter Christianos qui voluerint esse diligenteres & meliores, ab ipsis Christians audituri sunt insultationes dicentium: Tu magnus, tu iustus, tu es Helias, tu es Petrus, tu de calo renulis. Insultant quoniamque se verterit, audiri hinc atque inde verbum asperum. Quod si timeret, recedit à via Christi Dei, cadit in lagenos venantium. Id est ne succumbas persecutoribus ob meliorem viuendi modum (si contra exsurgerent) quoniam te senties debilem in eis portandis, his motinis te erigere & excitare poteris, quae suppeditant sancti multa propter iustitiam passi.

Primo, animet te pro futuriis persecutionibus præmonitus sibi data à Spiritu sancto: Fili, ac- Eccli. 1. 11. cedens ad servitutem Dei, sibi in infinita & timore, & prepara animam tuam ad temptationem. Et, Si mundus Ioa. 15. 18. vos odit, scito, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo effatis, mundus quod suum est diligenter, quia vero de mundo non es; propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior Dominu suo, si in perfecti sunt, & vos persequentur. Et, Absque Synagoga facient vos (id est fugient vos, non libenter vos admittent ad conversationem suam) Planè hoc expecta quod Eccli. 9. Ecclesiasticus prædictis: Scito quod in medio la- 10. queorum pertransis. Quid est, inquit: S. Augustinus, in Pl. 14. in mediâ laqueorum in via Christi, & hinc laquei & hinc laquei: laquei à dextris, laquei à sinistris, laquei à dextris, prosperitas saeculi; laquei à sinistris, aduersitas saeculi.

sculi: laquei à dextris, promissones; laquei à sinistris, terrors. Tu in medio laqueorum ingredere, à via noli discedere: (ab exacta observatione Regularum, & contemptu humanorum respectuum) nec promissi te capiat, nec terror elidat. Ponderatiam illa verba Sap. 2. 12. & seq. quibus similia solent dysole & indisciplinati, vel corde, vel ore, vel factis psis exprimere: Circumueniamus iustum, quemam inutilis est nobis, & contraria est operibus nostris, & improperat nobis peccata legi (transgrediones Regularum & Ordinationum) & diffamat in nos peccata disciplina nostra: (deferendo ea Superioribus) Faetus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum: (qui non sequitur dictam & confitita nostra) Grauius est nobis, etiam ad vivendum: quoniam diuinius est aliis vita illius, & immutata sunt via eius. Tanguam rugaces estimati sumus ab illo, & absinet se à viis nostris tanquam immundus &c.

155. Secundò. Quia per futuras persecutiones abo-
lebuntur culpæ peccatorum tuorum antea cõ-
misorum. **Pius** & misericors Deus est, & remittet in
Exd. 1.13. die tribulationis peccata. Ille beatus est, inquit S.
h. 6. ad Chrysostomus, qui hic pœnas luit, ut peccatis omni-
bus depositis, probatus migret & mundus ac infons.
Itaque cum rebus aduersis premiur, gaudeamus, hoc
Cent. 1. de enim est peccatorum expiatio. Huic consona do-
cunt. S. Maximus Humilitas, & malorum tolerantia,
num. 6. ab omni delicto liberant hominem: illa quidem anima, hec verò corporis refecans affectus. Hoc fecisse quoque B.
Daud in his videtur, quibus ad Deum precatur, dicens:
Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimi-
te vniuersa delicta mea. Hoc tali similitudine de-
clarat S. Cyprianus Marry: Deus non exposcit à
nobis nisi facia sincera: aut, ut ipse dixit similes esse
debemus. Aurum quippe cum relucens terris, tremulo
videns splendore sub lumine & in liquidum flammis
torrentibus resoluti, caminis quoties anhelantibus ignis
efluans euomit, aditu terrefiri, canali angusto dues
flamma elegitur, & resistentibus glesibz arena retinetur.
Vnde necesse est vniuersa sufferre, quo possumus omni-
scelere carere.

156. Tertiò, etiam pœna peccatis remissis debitæ, in hac vitâ vel in altera luenda, per tribulatio-
nes futures abolebuntur. Patiens, inquit B. Lau-
rentius Iustinius, sapienter agit, ut debita sua sol-
uat. Nihil enim de suis in soluendo expendit, sed facit,
ut hostes sui pro se soluant. Illatas enim ab eis iniurias
sufflantes, ditatur abunde sc̄q; fit, ut contumelias magis
gratia quam ira debeatur, cum earum interueniuntur. Deo
iudice, & pena grauior declinari posse confidatur, &
ingentes thesauri in conscientia per patientiam recon-
dantur. Patientia hominem martyrem facit; proinde
purgat à peccatorum pœnis tanquam marty-
rium. Quod exempla in historiis Ecclesiasticis
confirmant tum alia tum supra allata, cap. 11.
num. 138.

157. Quartò, Per persecutiones ob bonam vitam
excitatas, perfectio acquiritur: Ideò S. P. N. Ignatius P. Hieronymo Natali querenti, quā viā

citò ad perfectionem peruenire posset, repon-
dit, Si cum Dei beneficio multa pati continga-
ret. Quæ verba S. Pater fundens lacrymas dixit
P. Natali, & is postea nostro fratri Paulo Cicoto
viro sancto, à quo id audiuimus. Ita Deus dixit
B. Catharinæ Bononiensi, quod non facile reperi-
tur, qui ad sublimem perfectionem pertingat, quia ar-
ma ad ipsam necessaria, plus satis negliguntur, prefer-
tim in serendis aduerfis.

Quintò, ob vitam mutaram in melius & con-
tinuatan excitatas persecutions, sunt signum
Divinæ predestinationis, si in tali viuendi ratio-
ne vita iusti finiatur. **Iusti tribulatio**, inquit B.
Laurentius Iustinius, amoris indicium, futura
beatiitudinis presagium, & predestinationis testimo-
num est. Fundatur hæc doctrina in promissione Matth. 5.
Christi Domini, eam disertis verbis tradentis 10.
Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, Luc. 22.
quoniam iporum est Regum celorum. Et alias: **Vos** 28.
estis qui permanisistis mecum in tribulationibus meis, &
ego dispono vobis, sicut dispositi mihi Pater meus Re-
gnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in re-
gno meo, & sedeatibus super thronos, iudicantes duodecim
tribus Israel. Merito ergo S. Chrysostomus spe-
catis ingentibus bonis quæ persecutions im-
perfectorum tribulatis parunt, dixit: **Fieri non
potest, ut bonus vir quidquam mali patiatur.**

Sextò. Omnes persecutions & aduersitates, 159.
qua te inuadent (si vitam mutaueris in melius)
erunt triplices: Verborum, factorum, fugatum,
nam forte perstringent te seculares verbis acu-
leatis & irrisotis, depriment te aliqui, sua con-
tra te venientia iudicia non fauentia, de tuâ do-
ctrinâ, virtute, prudentiâ, & aliis talentis, & dys-
coli declinabunt à conuersatione tuâ, & te fu-
gient. Aliud timere non poteris. His persecu-
tionibus oppone Dominum Deum tuum, qui
pro te nominatim, antequam natus es, obtu-
lit Patri æternō in aeternitate, maiora mala pro
te toleranda, & sanguinem ac animam suam
pro te dandam, cum iactura rerum maiorum,
quam sint ex, quas timendo vel desiderando,
abhorres à crucibus, & humanis respectibus
labora.

Pone ergo in vñā statu, quicquid Christus
Dominus pro te fecit, & pro te perdidit, & pro
te passus est, in altera verò, omnes cruces, quæ
times vel pateris, & omnia favorabilia, quæ de-
sideras cum danno perfectionis tuae, & agnosc-
es, te nec crucem ullam, nec ullam personam
debere metuere, ubi agitur de perfectione tuâ
& negotio Christi tui, cuius negotium est, per-
fectio tua, profectus in virtute tuis, victoria
tui, neglectus humanorum respectuum, fuga
omnium imperfectionum, & sociorum te in
perfectione acquirendâ impedientium: pro his
enim omnibus Christus mortuus est, ut te di-
taret tum his, tum alis virtutibus, quæ sunt
longè bona maiora quam illa, ob quæ vel im-
perfectè viuis, vel viuere perfectè non audes, ne
offen-

offendas alios, non curans interim stulte Deum causa illorum offendere, & quidem illum Deum, à quo tot bona natura & gratia acceperisti, & plura adhuc accipere potes, & qui te iudicabit severissime, ob illos humanos respectus, & auerionem ab exacto studio virtutum, & vita sancta exercitationibus, & ob socordiam & negligentiam in serio profectu virtutum, longè minore quam fuerit hacenpsis profectus tuus in studiis, vel in aliarum rerum acquisitâ notitia, aut in diligentia & expeditione aliorum negotiorum humanorum, & occupationum non spiritualium.

160. Praeuides itaque futuras persecutiones, quas, teste Apostolo, omnes pie vivere volentes pati necesse est, infige cordi tuo profundè, nuncquam delendum illud monitum, quod quidam Sanctorum dedit Sancto Ioanni Climaco, ab eo relatum: *Affige in anima ligno (quam crucem dicimus) incedum, videlicet mentem, & per alteros malorum iactu & crepitus, percussa ludibriis & maledictis irrisionebus lacessita, iniuria affecta, infraicta & in nullo leja seu dissoluta perseverans, tota leni & plena immobiliq[ue] persistat. Irrisiones horum singulis ut aquam viuam bibet.* Nam si viuimus in nequitia, inquit S. Chrysostomus, licet sit nemo qui detrahatur, omnium miserrimi sumus: Si vero virtutem exerceamus, licet totus terrarum orbis maledicat, tunc sumus omnium beatissimi, & omnes saluari volentes attrahemus. Non enim improborum detractionem, sed vita virtutem intuebuntur. Etenim omni tuba clarius est per opera demonstratio. & ipsa luce mundior est. & illustrior vita puritas, licet innumeris sint calumniantes &c. siue vero fuerint & aliqui calumniantes, ne turbetis idecirco, neque quid te palam afficiant contumeliam, respicias, sed eorum discute conscientiam, & eos inuenies te plausibus prosequentes & admiratione. Aspice quomodo Nabuchodonosor paucos laudat, licet inimicus eset & hostis; sed postquam vidit generosè flantes, predicit & coronat, propter nil aliud quidem, nisi quia sepe contempserant, & Dei legem audierunt. Diabolus enim cum se viderit nihil expedientem, mox desistit, veritus, ne nobis maiorum causa coronarum efficiatur. Quid si & homines decipiuntur, a Deo laudem habebit, & maiorem admirationem. Ne doleas itaque, nec concidas animo, quoniam & Apostoli, his quidem erant odor mortis, his autem odor vita. Fulgeas igitur vita, nec calumniantum vilam geras curam. Ad hoc iuuabit te illa praemonito data à Sanctissimâ Virgine Maria S. Brigittæ de dæmons suggestu tibi, volunti vivere melius quam anteā vixeris: Deridebere ab omnibus, si te nimis humiliabis & submittes.

1.4. Rec. 21. Denique in adversitatibus & contradictionibus habebitis consolatorem, protectorem, & remuneratorem. Denm, sicut promisit Spiritus sanctus, per David: *Ab condico eis in afflictione vulnera Dei, à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Putas, inquit S. Augustinus, est quisquam ita felix in hoc mundo, ut cum cœperit audire opprobria hominum à

Psal. 30. 21. conc. 3. in Psal. 30.

quibus audit opprobria, intret in vultum Dei cum conscientia suâ: intrat plane sed si habeat cum quo inret id est si non sit onerosa ipsa conscientia, si non ipsi faciat sarcinam grandem ad angustiam ianuam. Ego dominus eius, & erit dominus tuus: habbit in te, & tu habbitis in eo. Si eum exceperis in hoc seculo in corde tuo, ille post hoc seculum excipiet in vultu suo &c. Sed interim cum peregrinantur in hoc seculo, qui multas patientur linguis contradictientes, qui tibi serviantur, quid ei facias? Proteges eos in tabernaculo tuo. Quod est tabernaculum? Ecclesia huius temporis: tabernaculum id est dicitur, quia ait hic in terra peregrinatur. Tabernaculum enim habitaculum est militum in expeditione positorum. Pugna in expeditione peregrinatur, ut salutis saeclo in tabernaculo, gloriose recipiatis in domum. Erit enim in calo domus tua aeterna, si modo penè in hoc tabernaculo vixeris. Ergo in hoc tabernaculo proteges eos à contradictione linguarum. Sed quamvis non protegeret, parum refert. Nam, ut idem conc. 1. in monet alibi, Si amatores seculi non curant reprobationes veraces, ut sint formosi fallaces; nos in his rebus, in quibus placemus Sapientia Dei, non debemus curare irrisores iniustos, non habentes oculos, unde videat, quod amamus. Hos vehementer damnat in Religiosis coram S. Catharina Senensi Deus Pater, c. 1. dicitur his verbis: Ipsi facti sunt arma diaboli, & cum satore suo veneno corrumpunt inimicos & extra. Ipsi promiscunt ordinem obseruare, sed in facto, miserabil modo transgrediuntur ordinem, scilicet veluti lupi rapaces insurgunt & persequuntur bonos & humiles, qui ordinem (hoc est regulas) conantur obseruare, faciendo super eos trufas atque derisiones, existimantes ex his derisionibus, quibus obseruatorum Ordinis ita persequuntur, suam propriam cooperitissime miseram vitam, sed ex hoc aperitus ipsi patefactunt illam, & id est tot inconvenientia in sanctis Religionibus occurunt.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

Ad executionem honorum propositorum, quæ Meditationes conducunt in Octodua Recollectione, & in quo situs sit fructus Exercitiorum, & omnium meditationum aliarum.

P

Roderit plurimum ad stabilita bona proposita (circa res difficiliores) que in hac Collectione facies, extra tempora Meditationum, sedendo vel ambulando in cubiculo, roborare ea consideratione suaui Mortuorum, quæ S. Peter attulit in modo posteriori bene eligendi in secunda hebdomada.

In Meditatione Fundamenti & finis, item de Regno Christi, & de duabus vexillis, & de tribus hominum classibus, oportet bene se fundare, & intimè menti imprimere ea, quæ S. P. N. Ignatius in illis expressit. Sunt enim (ut ita dicam) essentiales Meditationes, à quarum profunda penetratione pendet fructus Collectio-

nis,